



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

383. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eadem re.

CCCLXXVIII. Si quis odio habens aliquem, ad pacem non revertitur, sicut sancti patres statuerunt, in pane & aqua excommunicetur, & ab Ecclesia separetur.

Burchard. lib.
10. c. 58.

De eadem re. *Ex Concilio Carthaginensi.*

CCCLXXIX. Dissidentes Episcopos, si non timor Dei, synodus reconciliet.

Concil. Carthag. 4. c. 25.
Burchard. lib.
1. c. 62.

De eadem re. *Ex eodem.*

CCCLXXX. Studendum est Episcopo ut dissidentes fratres, sive Clericos, sive laicos, ad pacem magis quam ad judicium hor- tetur.

Concil. Carthag. 4. c. 26.
Burchard. lib.
1. c. 101.

De Dei iudicio subvertendo.

CCCLXXXI. Si aliquis manducat & bibit aut portat super se unde existimat Dei iudicium pervertere posse, & exinde comprobatus fuerit, eadem sententia feriatur quam magi & arioli & incantatores feriuntur, scilicet septem aut quinque annorum pœnitentia ple- statur. [Vide lib. 3. Leg. Longob. tit. 27.]

Burchard. lib.
10. c. 25.

De oblationibus defunctorum. *Ex Concilio Vasensi.*

CCCLXXXII. Hi qui oblationes defunctorum retinent, & Ecclesiis tradere morantur, ut infideles ab Ecclesia eiciantur.

Concil. Vas.
c. 4.

Ex eodem.

CCCLXXXIII. Si qui oblationes

352 R E G I N O N I S L I B . II.
aliorum fraudant , admonendi sunt ut reddant
quod fraudulenter abstulerunt. Si verò redde-
re noluerint , usque quò reddant , sicut sancta
synodus constituit , ab Ecclesiæ separantur
consortio.

Ex Concilio Agathensi.

Conc. Agath.
c. 4.
Burchard. lib.
§. c. 140.

C C C L X X X I V . Clerici etiam vel fe-
culares , qui oblationes parentum aut donatas
aut testamento relietas retinere propria sumple-
rint , aut id quod ipsi donaverint , Ecclesiis aut
monasteriis crediderint auferendum , Velut
necatores pauperum , quoisque reddant , ab
Ecclesiis excludantur.

Ex eodem.

Conc. Agath.
c. 26.

C C C L X X X V . Si quis Clericus dam-
num Ecclesiæ voluntariè fecerit , de propriis
facultatibus reddat , & communione pri-
vetur.

De mortuis.

C C C L X X X VI . Si quis super mor-
tuum nocturnis horis carmina diabolica can-
taverit &c. Require in primo libello , cap.
C C C L X X X I I .

D E C O M M U N I O N E ,

Ut præcipuæ festivitates in civitatibus cele-
brentur. *Ex Concilio Agathensi.*

Conc. Agath.
c. 18.
Burchard. lib.
§. c. 23.

C C C L X X X V I I . Seculares vero qui
Natale Domini , Pascha , & Pentecosten non
communicaverint,